

in discrimine versaretur, tamen nobis maiorem in modum gratum fuit ut hec populi Lucensis voluntas summo pontifici per litteras nostras declarata sit et prudentiam vestram in ceteris omnibus sed in hoc potissimum magnopere laudamus. Fecistis enim quemadmodum deditis et affectos filios decet erga parentem, que res s^{mo} d. n. gratissima fuit et vobis gratias agit. Nos vero cum omni prelatorum numero ingentes gratias immortalis Deo reddere tenemur, qui naviculum Petri procelloso pelago fluctuantem naufragio liberare dignatus est; nullum tantum scelus non solum factum sed ne excogitatum unquam fuit, imo ut verius dicamus si quis omnem post creatos homines coniurationem mente concipiat simulque in unum congerat universam ne minimam quidem partem huius scelestissime proutitionis adequare comperiet: non hic de pecuniis acqui- rendis, non de libertate urbis agebatur; religio Christi et Christianorum nomen penitus ex Italia delebatur. Sed gregem suum pastor bonus tu- tatus est et sceleratissimi proditores laqueo turpiter vitam filientes hac turpissima coniurationis nota Romanos nostri temporis infecerunt ut ad eam eluendam non Tyberis unda sufficiat. Curiales vero pontificis maximi prudentia cum per civitatem militum et peditum presidia locata sint sine ullo pericula vivunt. Hec vobis verbosius scripsimus quia gaudentes Deo duce tantum periculum evaxisse aliqu[ando] et[iam] meminisse delectat, offerentes nos ad beneplacita M. V. paratos. Romae IV. fe- bruarii 1453.

[In verso]

Magnificis viris et amicis nostris sing^{mis}
antianis et vexillifero iustitie populi
et communis Lucani.

F[ranciscus]
Lucina presb. card. } Boson.
tit. s^ti Laurentii in }

Orig. all'Archivio di Stato in Lucca. *Lett. orig.*, n. 443.¹

50. Papa Niccolò V al vescovo Tommaso di Lesina,
nunzio in Bosnia.²

11 magg. 1453.

Nicolaus etc. Thome episcopo Pharensi in partibus Bosnae apo-
stolicae sedis nuntio... Ad gregis dominici... Super siquidem non
sine gravi amaritudine cordis accepimus, quod nonnulli clerici et pre-
sbyteri tam seculas quam regulares praesertim ordinis s^ti Benedicti
professores partes tuae legationi commissas eisque circumvicinas inco-
lentes... ad superiorem Teucrorum principem... recurrere ac illius fa-
vorem implorare, illo freti nonnullas... personas ecclesiasticas eorum
beneficiis ecclesiasticis, quae iustis titulis possidebant, etiam et abbatas
monasteriis aliisque regularibus locis suis in territorio... Georgii Castriot.
tunc ibidem domini consistentibus... nequiter spoliare in illisque se inten-
dere non sine proditoria deceptione et fraude gravique iactura dicti Georgii
continuo adversus eosdem Teucros... viriliter pugnantis, qui ob huius-

¹ Cfr. *Archivio di Stato di Lucca. Regesti IV*, Lucca 1907, 290.

² Cfr. sopra p. 502.